

413

HERMENEUTICI.

414

Ex rebus Poetae vix quidquam
inde delibes, nisi quod *Saxoniā*

Pace tua liceat patriae quoque dicere patrem,
Saxoniæ Elector Dux Fridericus erat.

Et quod Caesaris manibus Serto

Virgineas laurus a Caesare cepi.

Poetarum meminit tantum duo-

Vivit Leucoreum Maior (Joh.) dimotus ad Albim,

Vatum cui primas defero, Maior erit.

Ille tuas laudes dicet, nunc alter ab illo

Stigelio (Joh.) Maior par. in honore meo.

Studiorum caussa vel Jenam vel

Tinxit arenosus uix mihi Sala pedes.

Cantici Cantic. *παράφρασις* in *Ei-*
dyllia VIII. distributam sic in-

Dicere cordistuum mens est mihi regis amorem,

Qui Solymæ antiquæ regia scepra tulit.

Diva faue ingentem Sapia nota per orbem,

A qua principium ducta poësis habet &c.

Atque ex his de vena hominis
statues, quem Lexicographi, quos
confului, omnes praetereunt. *Jö-*
cherus solus *Poema sacrum in Can-*
ticum Salomonis Adamo Sibero tri-
buit, quod fortasse *Paulus* noster
sibi vindicare possit.

CXLIX. VII. H. 30

708

Codex membranaceus lat. Sec.
XI. Folior. 59. 4. nitide scrip-
tus, rubricisque distinctus conti-
net: I. *Coelii Sedulii* senioris Pres-

Patriam habuerit:

poetico condecoratus fuerit:

rum:

Halas adierat:

choat:

byteri, quibusdam Episcopi, a
Trithemio Scotiae, quod olim
Hiberniae nomen erat, adscripti,
Seculoque medio V. florentis
Opus Paschale seu *Mirabilium Di-*
vinorum, multoties et ultimo a
J. Frid. Grunero Lipsiae 1747.
8. editum. *Adi Tanneri Bibl.*
Brit. Hib. Fabricii f. Schoettge-
nii Bibl. med. Lat. Hambergeri
Zuverl. Nachr. v. Schriftstell. T.
III. p. 167. In *Cod. nostro*, cu-
jus Titulus primus miniatus peni-
tus extritus est, praecit Epistola
in-

in scripta: *Sancto Ac Beatissimo Patri Macedonio Presbytero sedulius in christo salutem. Macedonium hunc quaedam Exempla Abbatem faciunt. Initium: Priusquam me uenerabilis pater operis nostri decursu uolumine censeas. et ritu forsitan seueritatis obiurges &c.* Rectius, quam in *Bibl. PP. Lugd. T. VI. p. 458.* ubi et *me* omisum, et *rite forsitan seueraque* pro *ritu forsitan seueritatis* positum est. Malo item cum *Nostro Gallianum*, quam *Gallicanum presbyterum* legere. Epistolam excipit miniata haec *Ἐπιγραφή: Hic Insunt Sedulii Libri V.* (Multi alii quatuor faciunt) *Novi Ac*

Veteris Testamenti Heroico Metro. Prefatio. Illa uidelicet, quae *ἄνεσιχος* utroque latere has uoces *Sedulius Antistes* offert, et *Liberio* cuidam tribuitur in *Bibl. PP. cit. p. 472.* et *T. I. Anal. Mabillonii p. 362.* qui ineditam putauerat. Ad emendam *Bibl. cit.* lectionem *Codex* haec subpeditat: *V. 6. grandisoni pro grandisono. V. 7. Uritur pro Utitur. V. 8. amomos (ἀμώμος i. e. maculae expertes) pro amoenos. V. 9. fluuius pro fluuios. V. 14. praemia pro praelia.* Sequitur minio: *Incipit Prefatio Paschalis Carminis.* Et VIII. illa Disticha, quorum initium:

Paschales quicumque dapes Conuiuia requiris &c.

Hic *V. 13.* reponere e *Cod. Cerea* pro *Coetera.* Carmen dedicatorium ad *Theodosium Aug.* quod incipit: *Romulidum Ducor &c.* quodque *Caveus* in *Hist. lit. Vol.*

I. p. 425. recte *Sedulio* abjudicat, in *Codice* quoque non compareret, sed ejus loco: *Sequitur Item Prefatio Alia:*

Cum sua gentiles studeant figmenta poete &c.

Dein: *Invocatio Auctoris:*

Omnipotens aeterne deus spes unica mundi &c.

Ubi *ἔν παροδῶ* noto, hunc et sequentem Versum, sexque postremos antecedentis Praefationis, intrusis in eorum medium sex aliis ignoti auctoris, passim praefixos

legi Exemplis *Bullae Aureae Caroli IV.* quod, nescio, an a quopiam haecenus observatum. Liber primus inscribitur: *Textus Primi Libri De Enoch*, et incipit:

Primus ab usque chao meritis uiuacibus enoc &c.

Ita et deinceps, ut in *Bibl. PP. Paris. T. VIII.* Particulae Poe-

maticis propriis Inscriptionibus gaudent, quarum tamen multae ve-

tustate evanuer. Libro huic sub-
jectum: *Explicit Liber Veteris*

Testamenti. Incipit Liber Novi
Testamenti.

Expulerat primogenitum seuissimus anguis. &c.

totius Operis II.) Incipit Liber

Ad calcem: *Explicit Liber II.*
Novi Testamenti. (Reipsa I. sed

III. Novi Test.

Prima suę dominus thalamis dignatus adesse &c.

Terminatur vero in hoc versu:

Et speciale bonum cum sit generale reuoluam.

Post quem: *Explicit Liber Ter-*

tius. Incipit Liber Quartus.

Jam placidas iordanis item transgressus barenas &c.

Ad hujus porro calcem: *Finit*
Liber Quartus Novi Test. Inci-

pit Liber V.

Has inter virtutis opes

iam proxima pasche &c.

sed ante v. *Ergo ubi cuncta boni*
completa est passio christi, repeti-
tur haec eadem Inscriptio.

Taurinensi, cujus extant Speci-
mina T. II. *Codd. Mss. Biblioth.*
R. Taurin. Athenaei p. 245. Il-

Ad calcem demum totius Ope-
ris: *Explicit Liber Quintus No-*
vi Testamenti. Lectionem ejus
ope *Codicis* nostri non uno loco
juvari posse, jam e supra adlatis
patet, maxime advocato etiam
in consilium Codice antiquissimo

lud addo: marginibus *Nostri* fre-
quenter a coeva manu adjecta
esse Argumenta seu Summaria,
lineasque glossis adspersas, quae
tamen sub finem L. III. rarefcere
incipiant. *Fol. 45. p. 2. Libro*
nobis V. versu:

Peniculo infusum calamo porrexit acetum

$\tau\omega$ *Peniculo* subpositum est $\gamma\lambda\omega\sigma-$
 $\sigma\eta\mu\alpha$ *Zagalibban* diminutivum vo-
cis Teutonicae *Zagel Cauda,* *Pe-*

nis; unde *Codicem* in *Germania*
scriptum infero. Ultimo observo,
 $\pi\epsilon\epsilon\gamma\iota\kappa\omicron\pi\eta\eta$ illam:

Salve Sancta Parens enixa Puerpera Regem &c.

a qua officium Missae de B. V. orditur, esse *Sedulii* nostri, legique L. I. *Novi Test.*

II. fol. 50. p. 2. sequitur: *Ymnus Sedulii*. Aliis *Collatio V. et. N. Testamenti*, aliis *Exhortatorium ad Fideles*, quo nomine

Cantemus Socii Domino Cantemus Honorem &c.

Lucem deinceps vidit inter *Aldi Poetas Christianos*. 1502. 4. et saepius usque ad Edit. 1747. supra memoratam, quae nunc ad manum non est.

A Solis ortus cardine

Extat etiam in *Bibl. PP. Lugd. T. cit.* p. 471. Ad calcem nobis haec leguntur: *Hoc opus sedulius inter cartulas dispersum reliquit. Quod recollectum adunatum atque ad omnem elegantiam diuulgatum est a turtio rufo asterio. ac exconsule ordinario atque patricio*. Erravit Librarius noster pro *V. C.* id est *Viro Clariss.* ponendo *ac*. Extat enim Nota mox adducta in pluribus *Codd. mss.* e quibus eam repraesentavit doctiss. *Norifius Dissert. IV. ad Cenotaphia Pis.* c. 1. §. 1. p. 437. ubi praeterea docet *Divulgatorem Hymni Seduliani* eundem esse *Turcium Rufum Apronianum Asterium*, qui cum *Fl. Praesidio* a. 494. Consulatum gessit, eoque in munere praestantissimum illum *Virgilii Codicem*

cum Opere praecedente prodiit *Lipsiae* 1499. 4. et habetur etiam in *Cod. Taurin. supracit.* Est vero elegiaco carmine ita concinnatus, ut excepto primo Disticho idem sit Hexametri initium et Pentametri finis. Incipit:

III. fol. 53. absque inscriptione *Hymnus ἀρεσιχρος* ejusdem *Sedulii* Vitam Christi recensens, et partim Officio ecclesiastico in Natali Domini insertus, hoc initio:

Ad usque terræ limitem &c.

Laurentianum emendavit et distinxit, ut ejus *χειρογγραφον Bucolicis* subjectum testatur. Notam excipit in Nostro ejusdem *Asterii* Ogdostichon, quod incipit: *Sume sacer meritis &c.* et post *Sirmondum* exhibetur a *Norifio l. cit.* p. 437. Legas tamen in Codice: *ueracis dicta poete pro veracia dicta*, item: *O quam iustus ait pro Perquam*. Cuperem sane *Disticho* 3. legi etiam: *Cuius ope et curis pro cura*, ut metri ratio constaret. Ogdosticho adposuit Librarius noster: *Sedulius epistola macedonio premissa presbytero XVI. debinc uersuum prologo lecturos inuitans paupertatem exilis ingenii boherum comparat uilitati*. Adludens videlicet ad ea:

*At nos exiguum de paupere carpsimus hortō,
Rubra quod appositum testa ministrat, bolus.*

IV. fol. 55. minio: *In nomine unice trineque deitatis incipit traditio orationis dominice quæ ita inchoatur.* Nempe: *Pater noster qui es in celis et reliqua.* Int. *Quomodo uocatur hæc oratio?* R. *Dominica.* Int. *Quare dominica dicitur?* R. *Quia dominus eam proprio ore composuit.* &c. Terminatur utilis hæc Catechesis, cujus Autor me latet, his verbis: *ut deus solita pietate non permittat nos induci in tentationem. sed potius liberet ab omni malo. qui uiuit et r. in secula.*

V. pag. ult. Frivola quaedam in *ἔρωπον* Tragoediae et Comœdiae, coeua tamen manu exarata, sed manca et partim extrita. Ineunt: *Tragoedi dicuntur a greco quod est dragos i. hircus &c.*

CL. VIII. 9. 1
578 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 43. 4. bene scriptus, sed finem versus aevo situque valde extritus, continet *Aratoris Liguris*, fortasse *Mediolanensis*,

*Et (ut) sceleris iudea sui polluta cruore
Ausa nefas compleuit opus &c.*

Divisio nobis in Libros nulla, relicta tamen inter Narrationis Particulas spatia recipiendis Argumentis seu Summariis, quae abfunt. De Autore, ejusque Editionibus adi *Caveum* T. I. p. 523. *Ceillerium Hist. gen. des Aut. Eccl.* T. XVI. p. 356. *Fabricium Bibl. med. Lat.* L. I. p. 133. ubi promissam vides Poetae haud infeli-

qui Subdiaconus Ecclesiae Rom. anno 556. obiit, *Historiam Apostolicam* versu heroico redditam. Titulus: *Incipit Liber Aratoris*, literis *o* et *i* in ultima voce ω et υ graecum referentibus. Additur minusculis: *Subdiaconus fuit iste arator et istud opus coram cesare et omni senatu legebatur et honorifice susceptum est ab omnibus specialiter erudito floriano.* Falsum de *Cæsare*, pro quo *Vigilius* Papa ponendus, cui oblatum Poema a. 544. lectum est pluries publice Romae in Ecclesia b. *Petri*, ut e Codice *Vatic.* referunt *Bellarminus* et *Labbeus*, habeturque in *Bibl. PP. Lugd.* T. X. p. 125. ante ipsum *Aratoris* Opus, ubi, quemadmodum in *Cod.* nostro, praemittitur geminum Carmen, primum quidem ad *Florianum* Abbatem, quod incipit: *Qui meriti florem &c.* alterum ad *Vigilium* Pont. Max. *Moenibus undisonis &c.* Poema ipsum nobis inscribitur: *De scelere Judeorum quod in dominum perpetraverunt*, et inquit:

*Et (ut) sceleris iudea sui polluta cruore
Ausa nefas compleuit opus &c.*
citer *Claudianum* imitantis novam Editionem. Quodsi quis *Fabricii* fidem liberare vellet, non illi negligendus foret *Codex* noster ob lectionis varietatem, cujus Specimina quaedam e collatione cum Textu *Bibliothecae PP. supracit.* hausta hic adscribere non piget. Ita in Carm. ad Papam *Vigilium* pro: *Vigili sanctissime Papa, No-*
D d 2 ster: